UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opvscvlvm, De Vitis Romanorvm Pontificvm

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

CXI. Hadrianvs III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

Visual Library

excommunicandum eſſe decreuit; perſeuerantem verò anathematis vinculo innodandum.

Idem inter cætera de decimis ſacerdotibus dandis ita præcepit. *Quas, ſcilicet, decimas vnumquemque fidelem illi ſacerdoti dare cenſuimus, in cuius parrochia eum procul dubio conſtat ſub Epiſcopi proprii ditione, quia ad hoc recipiendum ab Epiſcopo ſuo eſt conſtitutus, manere; & ideò nullum alterius dioceſeos ſacerdotem aut Leuitam alteri iure* ea nouum debita huiuſmodi audire impudenter, vel temerè quærere, aut accipere* damnationem vel donationem. Cum verò, qui aliter dare vel accipere præſumpſerit, Eccleſiaſtica communione tamdiu iudicamus manere priuatum, donec ſecundum hoc noſtræ apoſtolicæ auctoritatis capitulum ſtuduerit agere.*

Locus mendoſus

**for. canonum*

**for. tantum,* donationem

Hvivs temporibus Lodevvicvs Imperator ab Adalgiſo Beneuentano Duce, conſtrictus timore vitæ iureiurando firmauit, nunquam ſe Beneuenti fines vltra intraturum, neq; ex periculo iniuriæ tunc ſibi illatæ vindictam aliquando exacturum. Ab hoc autem iuramento poſtmodum prædictus Papa eum Romæ abſoluit auctoritate Dei & S. Petri, affirmans nihil ſibi obeſſe, quod ob mortis periculum euadendum coactus fecerat, nec ſacramentum eſſe dicendum, quod contra ſalutem Reipub. quamuis cum multis execrationibus, fuerit prolatum.

CX.

MARINVS.

A.DCCCLXXVII.

Marinvs, ſedit annum vnum, menſes quinq;.

CXI.

HADRIANVS III.

A.DCCCLXXXIV.

Hadrianvs, ſedit annum vnum, menſes quatuor.

CXII.

STEPHANVS VI.

A.DCCLXXXV.

Stephanvs, ſedit annos ſex. Hic * Herimanum Colonienſem Archiepiſcopum, & Adalgarium Hamburgenſem Archiepiſcopum de Bremenſi Eccleſia contendentes Wormatiam ad Synodum venire iuſſit, vbi Fulconi Remenſi Epiſcopo vice ſua commiſſa cauſam eorum examinari mandauit.

**Hermānū* *Vide A. krātzium lib. 2. metrop. c. 19. & 24. Alb. Stadenſ. in Chron. ad ann. 896. Trith. in Chr. Hirſaug.*

CXIII.

FORMOSVS.

A. DCCCXCI.

Formosvs Portuenſis Epiſcopus, ſedit annos quinq;, menſes ſex* Qui Formoſus religioſiſſimus à Romanis vehementer afflictaba-

**Verba reliqua ſunt Lu-*